



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 39. De multiplici appetitu, ad tex. com. 142.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

seu voluntas circa bonum vniuersum & honestum, concupiscentia circa bonum particulare & quod delectationem aut vtilitatem habeat, & ira qua & aggrediamur ardua eaq. superemus, quae boni huius consequutionem impediunt. Itaque cum illae ipsae partes à Platone commemoratae sine appetitu non consentent, & appetitus tamen à cunctis alijs diuersa facultas existat, nullo modo debuit inominatus praetermitti.

DIGRESSIO XXXIX.

De Multiplici appetitu.

Appetitus vniuersus duplex, & triplex.

Vna genere facultas appetens est, quae appetibile omne respicit: sed specie duplex, rationis vna, altera sensus: triplexq. omnino appetitus, rationalis concupiscentis, & irascens: Platoni quidem re & subiecto distantes, Aristoteli verò aut ratione sola, aut tanquam actiones eiusdem genere & duplicis specie facultatis circa alia atq. alia obiecta. Quò fit, vt per sepe vnam facultatem appetitum nominet: interdum velut duas, voluntatem & concupiscentiam, vt non multò post in tex. 50. 53. & 57. interdum etiam tres, voluntatem, concupiscentiam, & iram, vt hoc loco & in tex. 27. lib. 2.

Quam autem Philoponus mouet, dubitatio de plantali appetitu, vt triplex sit triplicis animae appetitus, rationalis, sentiens, & platalis, minus Philosophi verbis ipsiusmet confessione consentit. Quippe sermo est de triplici appetitu à Platone proposito, quique cognitionem aliquam comiteretur. Alioqui vniuersè loquentes duplicem primùm distinguimus appetitum, naturalem vnum, cognitione carentem, qui velut propensio est & instinctus naturae, quae bonum semper, perfectionem & conseruationem sui querit in omnibus: hicq. naturalem cuiusq. rei formam sequitur, vt appetitus loci deorsum vel sursum in grauius & leuius. Immo in prima quoq. materia appetitum inesse formarum legimus in tex. 81. lib. 1. Physic. Neque hic appetitus facultatem vllam significat facultatisue actum præter re cuiusq. naturam ad bonum suum propensam & inclinatum. Alterum animalem, cognoscens naturæ proprium, eum facultatem, qua ad bonum cognitum sibiq. commodum procurandum sollicitatur animal, aut auocatur à malo, quod noxium sibi futurum cognoscit. Hoc verò præstat actum quempiam circa bonum vel malum cognitum promendo: alioqui si immobilis maneret ac stupida, neque cognitionem sequeretur, neq. sollicitaret animal. Ita fit, vt appetitus prior determinatus ad vnum sit; quoniam hæc vbiq. naturæ conditio est: posterior ad plura indifferens, vt plura cognoscenda occurrunt. Prior in forinsecus impediatur, in actu semper est, quia naturalis forma naturaliter & necessario operatur: alter non semper, quia non semper adest animali cognitio. Ergo plantalis & vegetans anima vt cognitionis est expertis, sic appetitu eo, qui cognitionis comes est, caret. Habet naturalem illum, quo & alimentum appetit, & singula corporis membra conueniens sibi potius, quam alienum, trahunt. Et in 1. lib. de Arte dicendi cap. 11. diuersam concupiscentiam reperies in irrationalem, quæ nec rationem audit nec persuasionem: qualis est appetitus alimentis, cibi & potus; & rationalem, quæ & persuaderi potest & ratione corrigi & non multò antè diceba-

Appetitus naturalis quid.

Appetitus animalis.

Appetitus in plantis an vllus.

mus ex 1. de moribus lib. aut rationale proprie dici, quòd in se rationem habeat, aut ita vt qui citius patris vel amici audiens est. Qui proprie rationalis dicitur appetitus volens est: qui minus proprius appetitus sentiens, siue cupiditas sit, siue ita.

Vnde voluntatem ac sentientem appetitum de vterlas facultates esse intelligas; nec modo rationem, sed re ipsa quoq. si per se & secundum suam naturam considerentur: quippe diuersas re animas distinctasq. cognoscentes facultates consequuntur, intelligentem inquam & sentientem, humanam & bestialem animam, intellectumq. & sentium. Altera spiritalis est, nec vllò corporis vtens organo, materialis alter, & organicus. Vt verò distinguantur in

B homine in quo ambo simul in vnicuique anima continentur; petendum erit ex generali dispositione de facultatum ab anima & inter se distinctione. Rationis certe ac definitionis distinctio vbiq. necessaria est nam & obiectum diuersum spectant, alter bonum vniuersum & honestum, alter bonum particulare & iucundum: & alter hominis proprium est, alter cum bestijs communis: ille vt homo est, hic vt animal est: alter inorganicus, alter organicus: vnus deliberatione vtens, alter nequaquam: ardem alter alteri sæpe contrarius ac relictus.

At non ita fortasse definias, num concupiscentia quoq. & ira duplici egeant facultate, siue re, siue ratione sola, diuersa. Certe per multi duas esse facultates affirmant: inter quos S. Thomas in 1. parte quaest. 81. ar. 2. tum quia horum vnus appetitus auertit contra alterum, vnusq. nimitus alterum. Nam ira vehementius irascitur, minuit concupiscentiam: etsi valde concupiscas, parum irascitur. Tum quia ira propugnatrix cupiditatis exultat; tum verò & contrarios habent fines, & pugnant actiones, amplecti bonum & propulsare malum. Mihi tamen necessarium id non videtur, vnicuiq. in sensu facultatem arbitror esse satis; arbitratumq. reperies Theophrastum, tum hoc loco, tum tex. 29. Simplicium & alios. Omnes namq. consentientes video vnicuique esse rationalem appetitum circa bonum & malum, eundemq. velle & amplecti bonum, nolleq. & auersari malum: eundem ardua & non ardua spectant quippe scitum est illud, eadem est contrariorum facultas, etsi ardua vehementiora illa sint. Eadem namq. videndi vis & circa album & nigrum & circa paruum & magnum aspectabile, circa conueniens & non conueniens obiectum verlatur. Eadem ceterarum cognoscentium facultatum lex & natura.

D At quidni eadem appetentium sit? Cur non eadè valeat facultas appetere id, quod commodum est & rejicere incommodum, verlatq. circa arduum & non arduum. Sed ab hoc animali appetitu tres omnino promuntur actus; inclinatio in bonum, declinatio à malo, & propulsatio mali; magisq. multatq. distat à prosecutione boni, quam propulsatio mali: quoniam illa duo contrarie & quasi contradicenter opponuntur. Quare vt non ponuntur duo distincti appetitus ad propulsandum malum opus est appetitu ab eo diuerso, qui bonum profectur & fugit malum; sed vnus hæc omnia prestare potest. Cum præsertim appetitionis aut diuersum obiectum non sit, aut certe non satis ad diuersam facultatem faciendam. Ira namq. obiectum non solum dicitur esse malum propulsandum, sed arduum quoq. bonum; circaque bonum & malum concupiscentia quoq. verlatur. Quòd si hæc circa bonum, illa

E ninò promuntur actus; inclinatio in bonum, declinatio à malo, & propulsatio mali; magisq. multatq. distat à prosecutione boni, quam propulsatio mali: quoniam illa duo contrarie & quasi contradicenter opponuntur. Quare vt non ponuntur duo distincti appetitus ad propulsandum malum opus est appetitu ab eo diuerso, qui bonum profectur & fugit malum; sed vnus hæc omnia prestare potest. Cum præsertim appetitionis aut diuersum obiectum non sit, aut certe non satis ad diuersam facultatem faciendam. Ira namq. obiectum non solum dicitur esse malum propulsandum, sed arduum quoq. bonum; circaque bonum & malum concupiscentia quoq. verlatur. Quòd si hæc circa bonum, illa

Digressio

mouentur. Themistius autem & Simplicius de animalium potius progressiuo motu intelligi volunt. Omnis enim huiusmodi motus finem aliquem spectat; & si mouentur animalia, vel bonum aliquod sibiq. commodum querunt, vel à malo quopiam atq. incommodo refugiunt. Itaq. cum in 2. Physic. lib. duobus modis dicatur posse quidpiam agere propter finem, aut illum præcognoscendo, hacque cognitione ad agendum impellente, ad actionemque totam moderante; aut absq. cognitione vlla, solo scilicet impulsu nature; animalium hic motus priori modo dicitur esse alicuius gratia; propter finem inquam præcognitum, siue sensu & phantasia, siue intellectu. Nutritio vero vt & qualibet alia naturæ operatio, ad finem conferatur aliquem; at antecedens omnis abest cognitio. Propterea cum alicuius gratia motum huiusmodi dixisset esse, phantasiam illico appetitumq. subiungit; eum esse inquam aut cum phantasia aut cum appetitu.

Tamesti hæc alterum quoq. continet argumentum. Animalis hic motus phantasie comprehensione aut appetitu consequitur: nutritio absq. phantasia est & appetitus; motus igitur à nutritio non est. Propositionem ostendit Philoſophus inductione & experientia; qua conspicimus animalia si spontè & non externavi tracta aut impulsu moueantur, moueri propterea, quod vel appetant quidpiam vel fugiant; vt illud cognouerint atq. imaginata fuerint, vel vt bonum sibiq. commodum, vel vt malum & noxium. Porro quod dicitur (aut cum phantasia aut appetitu) duobus modis interpretor. Vel vt disunctione pro coniunctione posita sit; hac sententia; motus animalium huiusmodi semper est cum phantasia & appetitu quia enim appetunt quidpiam (quippe & auersio, inquit Simplicius, fugiendæ rei appetitio quædam est, desiderant eam vitare & fugere) idcirco mouentur: appetunt autem id, quod cognitum imaginantur bonum sibi esse aut malum: nam etsi à ratione moueantur, non nisi phantasia interuenit id fit. Vel si disunctionem retineas, diuisio fuerit motus, qui partim imaginarij partim rationale appetitum consequitur. Appetitus enim omnis ex cognitione nascitur; cognitio si absit, nulla fuerit appetitio. Ita phantasia imaginarij significabit appetitum, qui bestiarum est, & hominis quoq. per se, dum iucunda & vtilia persequitur, vel iniucunda & noxia fugit: appetitus autem rationale appetitum hominis proprium; cum honesta præferuntur seclatur aut opposita illis auersatur. Quatenus vero animalibus cunctis quæpiam insit phantasia, minis saltem perfecta, qua si non de loco ad locum transeant ad prosequendum vel fugiendum, quoquo certè modo ad præfens iucundum sese pandant aut iniucundi contactu contrahunt.

Iam tertium argumentum illud est, si nutritio facultas moueret, non animalia modo, sed & plantæ mouerentur. Namq. facultate illa præditæ sunt, at plantæ immo biles semper sunt.

Quartum, si moueret nutritio, nimirum vbicumq. ea esset, incessus adessent instrumenta: at in plantis est sanè nutritio, absq. vllis tamen huiusmodi instrumentis: quin cum opposito potius ad incidendum impedimento. Siquidem radicibus terræ insignantur immobiles, & ne externa quidem vi facile auelluntur. Idem prorsus argumentum reperies in 2. lib. de Cælo tex. 50. etsi Cælestia namq. astra hoc eodem incessus motu non moueri probauit, quod instrumenta non habeant incidendo necessaria, sed

orbiculatam potius figuram orbiculari motui accommodatissimam, ineptissimam incidendo.

Vtraq. vero argumentatio certissimo illo nititur principio ab Aristotele pluribus in locis & vero sequenti textu vsurpato; Naturam neque otiosum aut superuacaneum quidquam efficere, neq. in necessarijs deficere. Si instrumentis igitur incidendi carent plantæ, carent & motrice virtute: habent autem nutriticem, motrix igitur non est nutritio. Non enim responderi potest, motricem absq. necessarijs instrumentis inesse plantis: quoniam frustra & absq. villo vili esset, idq. in vniuerso plantarum genere: absurdum est autem dicere aliquid frustra fieri à natura. Sanè cum plantæ radicibus, quæ oris instar illis insunt, insignantur terræ; præsentique semper habeant alimentum; incessu localique motu non eguerunt. Animalia radicibus immobilia insigunt terræ non debuerunt, quia meliorem sortita vitam, non sunt nutriendo solum; sed & pluribus alijs actionibus destinata, quibus ad multa ferri oportebat.

Quintum ex animalibus ipsis argumentum addit Philoſophus. Erenim in his somni magis, quam alio, tempore operatur nutritio facultas, vt confirmat Philoſophus in lib. de somno & vigilia cap. 1. & lib. 1. de moribus ad Nicomachum cap. vlt. cessent enim actiones ceteræ, calorque totus ad coquendum corpusque reficiendum colligitur. Quo sanè tempore velut immobilia quiescunt animalia, nec incedunt quoquam.

Plantæ cur immobiles.

5. arg.

TEXTVS.

Quædam dicitur esse animalia, quæ sensum quidem habent, quiescentia vero & immota perpetuo. Si ergo nec quidquam natura facit frustra, nec committit necessarij, præterquam in vitijs & imperfectis. Huiusmodi autem animalia perfecta & non vitiata sunt. Argumentum vero, quod signandi vi prædita, & vigorem & decrementum habent. Quare haberent vniq. & instrumentarij incessus partes.

Eodem autem modo nec sensitiuum. Multa namque sunt animalia, quæ sensum quidem habent, quiescentia vero & immota perpetuo. Si ergo nec quidquam natura facit frustra, nec committit necessarij, præterquam in vitijs & imperfectis. Huiusmodi autem animalia perfecta & non vitiata sunt. Argumentum vero, quod signandi vi prædita, & vigorem & decrementum habent. Quare haberent vniq. & instrumentarij incessus partes.

Tex. 43.

COMMENTARIVS CXLV.

Secundo loco probat animalium motus causam non esse sensum facultatem vè sentientem. Primæque illa vox (quædam) duo mihi significat. Alterum, non magis, quam nutriticem, de qua superiori oratione dixit, sed perinde prorsus nec sentientem esse motricem. Alterum, simili prorsus & eodem argumento id demonstrari. Vt enim nutriticem non mouere probauit, quia & plantæ motrices essent, & partem haberent aliquâ huius motus instrumentarij: ita nunc mouere sensum demonstrat, quoniam si mouendi vim haberet sensus, vbicumq. sensus esset, esset & motus. Sensus autem animalibus omnibus inest, quia vt in 2. libro dicebatur animal sensu primum constituitur & animalis naturam sortitur: at multa sunt, quæ plantæ animalia propterea vocantur, quod etsi animalè habeat sensum, motu tamen

Motus causa non esse sentientem.

1. arg.

YYYY

Tex. 46. *At verò neque rationale & qui vocatur intellectus est qui mouet. Theoreticus enim agendum nihil intelligit, neq. de fugiendo aut prosequendo quidquam dicit. Semper autem motus aut fugientis quidpiam aut prosequentis est. Sed nec ubi eiusmodi quidpiam contemplatur, fugere iam aut prosequi iubet. Quomodo enim sepe terribile aliquid ratiocinatur vel iucundum, non iubet autem simere. Cor autem mouetur. Sin verò iucundum, alia quadam pars.*

COMMENTARIUS CLXVI.

Tertia hæc est probatio; quæ id quod animalia mouet, intellectum non esse ostendit: quod de proprio & proximo principio motus intelligas; quæ admodum de sensu quoque in superiori commentario dictum est. Et ut duplex est intellectus, vnus theoreticus, alter practicus; sic bipartitam instruit probationem. Sed importunè hic cogitatum intrudit nobis Auerroës, dum *λογισμός* cogitatum interpretatur; rursusq. cogitatum theoreticum intellectum, & *νοῦς* intellectum practicum significare putat. Quo loco (quidquid interim sit de hac cogitatrice virtute) sex omnino modis peccat. Primum, quod *λογισμός*, quod *λόγος λόγος*, id est à ratione dicitur, quasi rationale seu ratione vtens animæ virtus, cogitatum dicat; quam in homine materialem ac sentientem facultatem vbiq. fecit. Alterum, quod diuina hanc materialem sentientemq. significare dicat intellectum. Tertium, quod virtutem, quam singularem solum substantiam cognoscere de quæ singulis duntaxat rebus ratiocinati credidit theoreticum nunc intellectum circa vniuersa maximè occupatum appellet. Quartum, quod *λογισμός* melius ac diuini quidpiam, quàm *νοῦς*, esse in anima dicat: cum optimum omnium ac diuinissimum esse *νοῦς* & Aristoteles & Peripatetici omnes, ceu supremum animæ apicem, semper posuerint. Quintum, quod *νοῦς*, qui circa prima & summa atq. à sensibus maximè remota versari existimatur, intellectum exponat practicum. Sextum, quod ea, quæ coniunctum & velut vnum membrum Philosophus loquitur (*λογισμός ὁ θεωρητικὸς νοῦς*) disiunctim is & quasi duo diuersa proponat, Neque cogitativa; inquit, neque illa quæ dicitur intellectus.

Sentiente igitur animæ parte in superiori probatione reiecta, ad intelligentem nunc accedit: quam primum rationalem appellat, moxq. rationale interpretatur significare intellectum: perinde ac si dixisset, pars ea, quæ ratione vitur, quàm intellectum vocamus. Vnde scit colligit S. Thomas rationem & intellectum eandem animæ partem significare: quæ & intellectus dicitur, quatenus intelligit, & ratio, quatenus inquisitione quadam ad intelligendum ducitur. Sane Philosophus cum duas dixisset voces, vnicam tanquam vnius rei diuisionem subiungit in theoreticum & practicum. Immo *διάνοια* quoque cum intellectu coniungit (imperante inquit intellectu diuinaque dictante) quod eadem animæ virtus sit intellectus, ratio, & Diuina. Quod in 2. quoq. lib. adnotauimus, vbi in textu. 29. Diuina & intellectum rursus in textu 32. rationem & diuina coniunxi, ac pro eodem nominauit.

Intellectus est ratio, & diuina.

A Iam argumentatio eiusmodi est. Si intellectus esset id, quod animalia mouet, aut esset intellectus theoreticus aut practicus: at neuter est, non est igitur intellectus. Theoreticus namque intellectus sit sola rerum cognitione versatur de ea est. Nam si ea consideret, quæ sua natura Theoretica sunt, nullo modo agenda; vt cum cælotum natura aut triangulum habere tres angulos contemplatur, sanè nullus efficitur motus. Quoniam non intelligit quidquam, vt agendum est vel non agendum, prosequendum aut fugiendum: sed solum vt ens est & verum aut intellectibile. Vbi cumque autem animalia mouentur, idè mouentur, vt vel cibum querant, vel aliquid aliud; quod optant, consequantur, aut aliquid vident quod auerfantur. Immo vero si quidpiam eorum consideret, quæ de genere sunt agendorum possuntq. vel ad prosequendum allicere vel incitare ad fugam; is tamen cognitione sola & contemplatione delectatus nec prosequutionem suadet nec fugam. Si de incendijs, hostibus, cædibus, bestiis, terræ motibus, alijsue, quæ terrorem possunt incutere atq. ad fugam sollicitare, ratiocinetur; tamen tamen aut fugiendū aut si de epulis, ludis, choræis ceterisq. iucundis prosequendū esse, nō concludit. Quare etsi in illis cor, in his alia quæpiā corporis pars, velut iecur aut genitale pendendū res venereq. consideratur commouetur in nobis, non tamen propterea vel arripimus fugā, vel ad prosequutionem surgimus, sed eodem immoti loco consistimus. Quoniam hæc non practice consideramus, sed theoretice: hoc est naturas & proprietates eorum peruestigantes, & vniuersè duntaxat, non vt affectus nostros respiciunt, particularis vè illius actionis principia esse possunt. Sed & tantum abest, vt theoreticus hic intellectus principium sit motus, vt quietem potius querat, inquit Philoponus, ea quæ maximè delectantur. Nam & quidpiam attentius contemplatur quiescimus corpore, atque ab omni strepitu motiq. recedimus & in quietem concedimus locum. Turbat enim motus omnis contemplationem: & in t. 48. lib. 1. intellectio quieti magis, quam motui, similis esse dicebatur, & in t. 20. lib. Physic. quiescendo & sedendo scientem animam ac prudentem fieri proditum est. Quod si attentè contemplantes incedamus, aberramus illic & ab instituto itinere desectimus, in obuia quæq. impingimus, & Milesium Thaletem, dum astrorum contemplationi esset intentus, prolapsus in puteum fuisse atq. à Thersa ancilla irrisum narrat Socrates in Theæteto. Quare perspicuum est theoreticum intellectum non eum esse, qui animalia mouet.

B Quod optant, consequantur, aut aliquid vident quod auerfantur. Immo vero si quidpiam eorum consideret, quæ de genere sunt agendorum possuntq. vel ad prosequendum allicere vel incitare ad fugam; is tamen cognitione sola & contemplatione delectatus nec prosequutionem suadet nec fugam. Si de incendijs, hostibus, cædibus, bestiis, terræ motibus, alijsue, quæ terrorem possunt incutere atq. ad fugam sollicitare, ratiocinetur; tamen tamen aut fugiendū aut si de epulis, ludis, choræis ceterisq. iucundis prosequendū esse, nō concludit. Quare etsi in illis cor, in his alia quæpiā corporis pars, velut iecur aut genitale pendendū res venereq. consideratur commouetur in nobis, non tamen propterea vel arripimus fugā, vel ad prosequutionem surgimus, sed eodem immoti loco consistimus. Quoniam hæc non practice consideramus, sed theoretice: hoc est naturas & proprietates eorum peruestigantes, & vniuersè duntaxat, non vt affectus nostros respiciunt, particularis vè illius actionis principia esse possunt. Sed & tantum abest, vt theoreticus hic intellectus principium sit motus, vt quietem potius querat, inquit Philoponus, ea quæ maximè delectantur. Nam & quidpiam attentius contemplatur quiescimus corpore, atque ab omni strepitu motiq. recedimus & in quietem concedimus locum. Turbat enim motus omnis contemplationem: & in t. 48. lib. 1. intellectio quieti magis, quam motui, similis esse dicebatur, & in t. 20. lib. Physic. quiescendo & sedendo scientem animam ac prudentem fieri proditum est. Quod si attentè contemplantes incedamus, aberramus illic & ab instituto itinere desectimus, in obuia quæq. impingimus, & Milesium Thaletem, dum astrorum contemplationi esset intentus, prolapsus in puteum fuisse atq. à Thersa ancilla irrisum narrat Socrates in Theæteto. Quare perspicuum est theoreticum intellectum non eum esse, qui animalia mouet.

E Verum Philoponus vniuersam Philosophi probationem paucioribus verbis contineri putat: atq. vbi dicitur (sed nec ubi eiusmodi quidpiam contemplatur) de actiuo intellectu sermonem esse. Egd vero nō arbitror tam inconsideratè loquutum fuisse Philosophum, vt vbi seorsim de hoc duplici intellectu tantoperè diuerso loqueretur id, quod vnius proprium est, tribuerit alteri, actiuumque intellectum dixerit contemplari. Satius est de Theoretico sermonem ad illa vsque verba producere (præterea & imperante intellectu) bipartitamque & magis generalem probationem facere: quia intellectum illum ostendatur, siue theoretica complectetur, siue agenda, quæq. ad prosequendū vel fugiendū mouere possunt, motus tamen causam non esse.

Motus causam non esse intellectum theoreticum.

Quæ contemplationis oportuna.



Atque hoc est illud (sed neque ubi eiusmodi quid-
piam contemplantur, terribile scilicet aut iucundum,
quod prosecutionem aut fugam excitare possit.
Iam igitur de actiuo loquentem audiamus Philoso-
phum.

TEXTVS.

Επι δὲ ἀποδείξασθαι τὸ ἴδιον ἕνεκα τῆς ἀγαθῆς φύσεως
ἢ διὰ τῆς οὐκ ἐπιθυμίας, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἀποδείξει. ὅτι
οἱ ἀνεγκλίτοι, ἕνεκα τῆς ἐπιθυμίας τὸ ἐναντίον τῆς ἐπιθυμίας, ἢ ἰσχυρῶς,
ὡς ἐπιθυμίας καὶ οὐκ ἐπιθυμίας τὸ ἐναντίον τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλ' οὐ
τῆς ἐπιθυμίας. ἀλλὰ μὴ οὐδ' ἢ ἐπιθυμίας τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἐπιθυμίας
οὐκ ἐπιθυμίας ἐπιθυμίας ἐπιθυμίας ἐπιθυμίας, οὐκ ἐπιθυμίας
οὐκ ἐπιθυμίας τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ ἀποδείξασθαι τὸ ἴδιον.

Tex. 47. Præterea etiam imperante intellectu ratiocinationeque
dicente fugere aliquid aut proficere, non mouetur, sed
ex cupiditate agit: velut incontinentes. Atque omnino
videmus, quod qui medicam artem habet, non medetur,
quasi aliud quispiam sit Dominus agendi ex scientia,
sed non scientia. Verum neque appetitus huiusmodi mo-
tus Dominus, continentem namque appetentes & cupien-
tes non agunt ea, quorum habent appetitum, sed intel-
lectum sequuntur.

COMMENTARIUS CLXVII.

Motus
causam
intellectum
practicum
non esse.

Nec intellectum igitur practicum, ad quem
fortasse magis crederes pertinere motum, quod
circa agenda versetur, omninoque suam cognitionem
referat ad actionem, principium & causam motus esse
ostendit. Eo namque suggerente præcipienteque, aliquid
esse fugiendum vel proficendum, fugiendum vitium
retinendamque virtutem, quod ita concluderit ratio-
cinatio practica circa rem, quæ fortasse occurrerit atque
in deliberationem venerit agenda ne sit an non agenda:
homo tamen non statim mouetur ad id agendum, quod
intellectus suadet, sed cupiditatem & affectum plerumque
sequitur: ut videre est in incontinentibus, quorum sunt
illa verba: Video meliora proboque deteriora sequor.
Recte namque iudicat intellectus agendum bonum opus
suadet, nec rursus ad agendum progredimur: & omnino
(ut Themistij verbis utar) frequenter vsu venit, ut ratio quidem
fugam prosecutionemque imperet, nec tamen rationis
consilio stemus, sed ea sub iugum missam concupiscentiam
ac libidinem sequamur. Hoc igitur vnum est huius rei
argumentum ex incontinentibus ductum: quos propterea
incontinentes appellamus, quod pugnantibus intellectu &
concupiscentia cohibere concupiscentiam nequeunt, ut
rationis ductum sequuntur, sed vincit in illis concupiscentia.
Alterum ex medicis ducitur, & omnino ex ijs, qui
artem quampiam habent: est autem ars omnis habitus
practici intellectus. Medicus namque, etsi medicam optime
callat artem, non illico tamen ad medendum mouetur.
Quod ad ipsum Medicum ita referunt Auerroës & S. Thomas,
ut ipse sibi ipsi non medeatur nec seipsum sanet. Sed
melius Themistius atque Philoponus vniuersè accipiunt.
Semper enim habet Medicus medendi artem, nec tamen
semper medetur nec semper curat: nec eques semper equitat,
nec faber semper fabrile opus facit. Immo Me-

Incont.
vires quis

2.

A dici sæpe, inquit Philoponus, de industria non facit
aliquem; aut quod noluit; aut quod illi conducit esse
in morbo. Hoc igitur argumento est, operationis &
motus dominum primariamque causam intellectum
non esse, aut arte scientiamque, causam intellectum
deat: sed aliquid aliud, quod hominem ad scientiam
vel artis vsuum impellat. Nimirum sola intellectus
cognitio non est satis ad agendum, nisi appetitus addatur.
Nec tamen propterea appetitum esse Dominum, *Me-*
argumento demonstrat continentium, qui appetitum
& ratione pugnantibus appetitum ratione frangat,
idque agunt, non ad quod concupiscentia trahit, sed
quod ratio rectum atque agendum esse suadet. In-
continentes cupiditatem rationi aduersantem, con-
tinentes rationem cupiditati resistentem sequuntur:
ex illis intellectum, ex his appetitum non esse
agendi dominum cognoscitur.

Quocirca quatuor hoc esse probationis caput dixerim,
etsi paucissimis conclusum verbis. Primum enim
nutricæ facultatum non esse motus causam probatur:
deinde nec sensum: tum verò nec intellectum: postremo
nec appetitum. Quibus ego duo de intellectu
argumenta subiungo. Alterum, quod intellectus, vel
etiam actiui, ratiocinatio, qua agendum quidpiam
esse concluditur, antecedit, motus autem intellectum
mox quiescente atque à ratiocinatione cessante sequitur.
Quod si is esset motus causa, nunc oporteret esse
corporis motum, quâdo intellectus ratiocinatio atque
operatio vigeret. Alterum, quod generalissimum
appellat Philoponus, quod si intellectus (quicumque
tandem sit, siue Theoreticus, siue practicus) moueretur
nos, ea, quæ intellectu caret, carerent item motu:
at bestiarum quoque mouentur, in quibus intellectus
nullus: aliud igitur quam intellectus, principium est
& causa motus. Ita Simplicius optimi fungens interpretis
munere nec intellectum solum nec appetitum solum
esse motus dominum primariamque & integram
causam colligit: sed utrumque simul propterea
que hæc ijs non aduersari, quæ statim subiungit
Philosophus, ambo hæc esse motiua, tum intellectum,
tum appetitum. Sic enim loquitur.

TEXTVS.

Ἐπιθυμίας δὲ τὸ ἐναντίον τῆς ἐπιθυμίας, ἢ ἰσχυρῶς, ἢ ἰσχυρῶς
φαρμακία τῆς ἐπιθυμίας, ἢ ἰσχυρῶς, ἢ ἰσχυρῶς, ἢ ἰσχυρῶς
ἀποδείξασθαι τὸ ἴδιον τῆς ἐπιθυμίας, ἢ ἰσχυρῶς, ἢ ἰσχυρῶς
οὐδὲ λόγισμός ἐστιν ἀλλὰ φαρμακία ἀμφοτέρωθεν τῶν ἐπιθυμίας
ἢ ἰσχυρῶς, ἢ ἰσχυρῶς.

Videtur autem sine duobus momentis, aut appetitum
aut intellectum, si quis phantasiam quoque ponat
intellectionem quamdam. Multa enim præter
phantasiam sequuntur. Et in animalibus ceteris non
intellectio, neque ratiocinatio est, sed phantasia. Ambo
igitur hæc mouendi loco vim habent, intellectum & appetitum.

COMMENTARIUS CXLVIII.

Nalysi in superioribus facta animæ in suis
omnes partes ac virtutes, nullam illarum ostendit
motus in animalibus causam esse non nutrientem,
non sentientem, non intelligentem, non appetentem.
Quid igitur? Hoc vnum est reliquum, ut plures
illarum simul iungantur ad mouendum: atque ita
tan dem postquam dixit quid non sit, apperiat
quid sit motus causa. Id verò

ex antecedenti disputatione colligit. Omnino enim nutriende ac sentiente relictis, quoniam illa in plantis omnibus, hæc in animalibus non paucis immobiles profus harent: intellectum & appetitum accipit, quorum alterum in continente, alterum in incontinente perspicuum est mouere. Intellectum autem practicum seu actiuum constat nominari: quoniam Theoreticus cognitione sola delectatus, de nullo cogitat motu, vel si agenda ipsa consideret: practicus est, qui continentis & omnino actiones omnes humanas moderatur. Verum cum disunctione loquitur (aut appetitus aut intellectus) hoc est partim hic, partim ille: nam quosdam mouet appetitus intellectum non audiens, alios intellectus appetitum cohibens. Priorem autem appetitum B nominat, quam intellectum. Tum quia prius incontinentes nominauerat, qui appetitu aguntur, post continentis, qui ductum intellectus sequuntur. Tum vt inutilem repetitionem vitaret, compedioque vteretur. Nam si prius intellectum dixisset, deinde appetitum, reperendus fuisset intellectus, vt phantasia quoque intellectus nomine subiungeret comprehendi. Et si phantasia actionem potius nominat, quam facultatem, vbi phantasia inquit velut intellectum quendam esse: & rursum, sæpe homines præter scientiam phantasias sequi: & in animalibus cæteris non intellectum, nec rationationem, sed phantasia esse, quoniam id, quod ad agendum impellit, phantasia est seu idolum, quod phantasia proponit, siue terribilis ac formidanda fugienda que rei, siue iucunde, sit, ac prosequenda. Quare si cum intellectu phantasia iungatur duo sunt mouentia, intellectus & appetitus: si seorsim, tria, intellectus, phantasia, & appetitus.

Porro cur phantasia velut intellectus quædam sit, duas Philosophus rationes indicat. Altera est, quoniam plerique hominum præter scientiam phantasias sequuntur, & in compluribus aut non agit ratio aut affectum perturbationem que non vincit: quare intellectus suasionem non audimus, sed phantasias & imaginationibus nobis obiectis ducimur; tuncque intellectus instar nobis est phantasia. Quia cum intellectus proprium sit, vt actionum nostrarum sit Dux & moderator; substituitur illi phantasia, eamque velut alterum intellectum sequimur. Altera; quoniam animalia cætera non intellectu & ratione viuunt, sed phantasias dicuntur: itaque quod in nobis est intellectus, hoc in illis est phantasia; & vt nos intellectu, sic illa viuunt phantasia sola; vt in tex. 22. lib. 2. dicebatur. Propterea non absolute intellectum, sed velut intellectum quendam esse dixit.

His due aliæ addi possunt causæ. Altera; quod in superioribus non semel phantasia cum intellectu copulauit, vbi intellectum dixit indigere phantasia, neque sine hac quidquam intelligere; immo in tex. 20. intellectum quoque passiuum eam appellauit.

Altera; quod non præsentia modo obiecta, vt sensus; sed absentia quoque, vt intellectus, comprehendat; velut quædam intellectus imago. Intusque habeat id, circa quod operetur, quemadmodum & intellectus.

Cæterum si mouentia hæc principia, intellectum & appetitum, ex eo Philosophus colligit, quod incontinentes appetitu, continens intellectu & ratione ad agendum inducatur; perspicuum fuerit, appetitus nomine irrationalem solum appetitum significari; siue concupiscentem, siue irascientem. Quam

ob causam appetitum rationalem, qui voluntas dicitur, intellectus voce comprehensum fuisse monet Simplicius: quoniam is intellectum & rationem sequitur, nec nisi ea, quæ ab illo amplectenda fugienda esse proponuntur amplectitur aut fugit. Solutus irrationalis appetitus, qui aduersatur rationi contraque illius suasionem persæpe impellit, distinguendus ac separandus ab intellectu fuit.

Quod verò de phantasia idem ait Interpretes, quasi dubitando loquutum esse Philosophum (si quis phantasia quoque velut intellectum quendam ponat) quod ea in homine absentia quoque cognoscens, esse videatur intellectio quædam; at in bestiis præsentia solum & cum organi percussione cõprehendens, intellectio non est: Et minus veram causam cõtinet & Philosophi verbis aduersatur. Bestias namque absentium quoque rerum phantasias sollicitari, tum somnia testantur, tum motus, quibus absentia querunt; siue prolem, siue feram, siue dominum. Et Aristotelis illa ratio altera, cur phantasia intellectio quædam sit; quoniam in bestiis nec intellectio est, nec ratiocinatio, sed phantasia; aperte ostendit eam in illis quoque velut intellectum quendam esse; hoc est id, quod in homine est intellectio.

Duo igitur sunt mouentia; vnum cognoscens, intellectus & phantasia; alterum non cognoscens, sed cognitionem quampiam sequens, appetitus. Que in bestiis facile conciliantur, quod appetitus phantasia sequatur illique sese accommodet. In homine ratio & appetitus sæpe pugnant: si vincat ratio, vt in continente, mouet intellectus: si affectus & perturbatio, vt in incontinente, appetitus. Quod si ratio captiuetur quoque & in affectus seruitutem se tradat; duplex est mouens, tum appetitus, tum intellectus; vt imperante, in quo appetitui obsequens ratio cooperatur. In temperante tamen non dixerim duplex mouens: quoniam etsi appetitus rationi cedat, non operatur tamen cum illa, sed potius repugnat, etsi operationem ac dominatum rationi permittat. Neque enim appetitus honestum bonum spectat, quod ratio querit; sed iucundum solum & suauem.

TEXTVS.

Νοῦς δὲ ὁ θεωρητικὸς καὶ ἀλογιστικὸς ἀσφαιρῶν τῶν θεωρητικῶν καὶ πᾶσι.

Intellectus verò qui alicuius gratia ratiocinatur & practicus. Differt autem à Theoretico sine.

COMMENTARIVS CXLIX.

Vo principia motus posuit, intellectum & appetitum. De his iam dicit, quoquo modo efficiant motum exponit. Ac primum intellectus, qui mouere dicitur, non is proponitur, qui Theoreticus appellant: quoniam is paulò ante dicebatur agendum nihil intelligere, neque de prosequendo aut fugiendo quidquam dicere, fugamue aut prosequutionem iubere. Sed alter ille, qui has imperare diciturque consueuisse affirmabatur. Propterea hunc alicuius gratia ratiocinari, ideòque practicum appellari ait. Neque nomine solum atq. appellatione, sed & sine, vnde ducta est appellatio, à Theoretico differre. Non quod Theoreticus omni careat sine

Motus causam esse intellectus appetitus.

Bestias phantasia an absentia cognoscere.

Causa in homine constituta operatio.

Phantasia intellectio quædam.

(nihil enim est in natura, quod propter aliquem finem non agat) sed quod nullum extra se & præter actionem suam habeat: solam quippè veritatis cognitionem: quarit & bonum suum in se continet: vbi practicus aliud quidpiam præter actionem suam spectat, & ideo alicuius gratia, quod scilicet extra ipsum sit, ratiocinari dicitur. Itaque quod Aristotelem, ait Philoponus, intellectum hunc solum dixisse alicuius gratia esse, vulgi & idiotarum hominum opinionem sequitur, qui Philosophos contemplationi deditos in eaque sola occupatos appellant otiosos, quod contemplationis ille finis intus lateat: minimè credendum est. Namque in tam graui seriæque ac subtili quæstione cum idiotis hominibus loquendum non erat. Spectauit potius id, quod intellectus practici proprium est ac peculiare, vt præter cognitionem habeat extra se externum etiam finem, bonum agendum. Audi quid in secundo Metaphysic. libro textu 3, idem ipse loquatur Philosophus optimis verborum suorum interpres. Theoretica, inquit, Philosophiæ finis est veritas, practicæ autem opus. Etenim si vt se habent considerant, non causam per se, hoc est vt cognoscant, sed ad aliquid, hoc est vt quidpiam agant, practici contemplantur. Fabri & Geometræ exemplum adfert in primo de moribus ad Nicom. cap. 7. quorum vterque rectum considerat angulum, sed alter quatenus vile ad opus est, alter sola cognitione contentus, quid & cuiusmodi sit peruestigat. Et nunc practicus, inquit, intellectus alicuius gratia ratiocinatur, hoc est in ratiocinando solum non est illi propositus finis, sicut Theoretico, sed aliquid aliud querit, bonum scilicet agendum.

Habitum intellectus diuisio.

Hinc scita illa scientiarum atque habituum intellectus diuisio in Theoreticos, qui sola rerum cognitione ac contemplatione intellectum ornant, & practicos, qui præter cognitionem aliud quidpiam spectant. Quod quia duplex esse potest, aut immanens actio, vt voluntatis electio, aut foras in externam transiens materiam & aliquod opus producens, vt scriptio: cognitio practica in sexto Metaph. libro textu primo, in actiuam diuiditur, quæ totius nomine *πραξις* dicitur, & effectiuam, quæ *ποιησις* vocatur. Actiua prudentiam comprehendit & moralem omnino scientiam, quæ solius cognitionis gratia non est, sed vt boni efficiamur moreque nostros & actiones ex recte rationis præscripto instituiamus, vt est in secundo de moribus cap. 2. & effectiua cunctas artes. Ita totus perficitur homo, intellectus, cognitione rerum varia & multiplici, voluntas, prudenti electione virtutumque plurimarum suppellectili præciosa, operationes demum externæ artium omnium preceptis. Sicigitur ex fine tum illius cognitio aut habitus, tum Philosophia aut Scientia, tum veritas ipsa, quam intellectus cognoscendo querit, aut Theoretica dicuntur, aut practica, aut etiam effectiua.

DIGRESSIO XL.

De Theoretico & practico.

Tria in homine facultatum genera.

Verum hæc paulò accuratius examinanda sunt. Ergò tria sunt in homine facultatum genera,

A quedam cognoscentes, intellectus & sensus, alie appetentes, voluntas & appetitus sentiens, alie demum exequentes, vt motrix. Mirro nunc cognitionem & appetitum sensus, velut hominis non proprias, sed cum bestiis communes. In reliquis hic ordo cernitur, vt primum intellectus cognoscat, deinde appetat voluntas, tum exequatur motrix. Propterea intellectus vocatur facultas Theoretica, hoc est cognoscens quemadmodum in tex. 21. lib. 2. De intellectu autem & Theoretica facultate. *κατανοητικὴ* namque cognoscere est & contemplari. Reliquæ practicæ, quod in actione versantur. *πραξις* enim est actio. Verum cum Theoriam conitit operationem significare solius intellectus propriam: eam videlicet, quæ præstantissima est solamque habet veritatis cognitionem, ac per se expeditur velut propria intellectus perfectio, nec alio quoquam refertur: diuina prorsus operatio, vt vox ipsa significat.

B De praxi maior disputatio, non tam inter veteres peripateticos, quam inter Posteriores nostros Theologos. Nos verò eam accipimus operationem significare facultatis alterius ab intellectu diuerse: quippè intellectus non est agere, sed quid agendum sit cognoscere actionique præmonstrare viam. Accursum significare operationem, quæ in nostra sit potestate ac dirigi à recta ratione possit: alioqui practicam intellectus cognitionem non diceremus eam, quæ ad pacem dirigendam conferretur. Quare naturales ac necessaria vegetantes actiones hoc loco non commemorantur. Propriè ac per se actio humana est voluntatis elicitæ, quam electionem vocamus: quoniam ea per se est libera siue sit circa finem, siue circa media. Est enim circa vltimum finem volendi ac nolendi libertatem non habet, quam contrarietatis appellant Scholæ, habet tamen volendi & non volendi, hoc est sustinendi actum, quæ contradictionis libertas dicitur. Secundo autem loco & participatione quadam actionem omnem à voluntate facultatibus cæteris imperatam appellamus praxim: quoniam actiones hæc vt participatione dicuntur liberæ quatenus libero subsunt voluntatis imperio; ita & actiones humanæ præcæque vocantur: & verò actio intellectus quoad exercitium temporisque & modum, quo fieri debet aut non fieri.

E Iam quoniam quod liberum est atque in determinatum ad plura, errare facile potest, dilectione indiget; sola voluntatis electio per se libera est actio: hæc igitur sola per se apta est dirigi; per eamque actiones cæteræ, quæ illic subsunt, libertatis quoque modoparticipes. Quare cum directio & regula primum & per se electionem respiciat voluntatis; vbi recta ratio intelligendum esse præscribit, aut scribendum, vel ambulandum; per se primum voluntati præscribit, vt intellectum imperet intellectui, vel scriptio manu, ambulatio nempe pedum aut motrici virtuti. Nunquam enim intellectus aut facultatis alterius actio ita dirigitur, vt huius sit vel illius natura; quemadmodum actio voluntatis vt bona sit aut mala: sed solum vt promatur, vel non promatur fiat aut non fiat. Tribusque prorsus modis dirigitur, tum præscribendo tempus, tum ponendo modum, tum verò constituendo finem. Est non omnes has directiones suscipiant actiones omnes: sed quedam sunt, quæ non admittant modum, vt videre, audire, & id genus alie facultatum earum, quæ necessariò & quantum possunt operantur. Sic